

nem de non-offendendo præstiterit. Igitur ipse quærit hac ratione securitatem pro se, suis liberis & bonis. Unde non poterit detrectare tantum persolvere, quantum requiritur ad alendum incarceratum, & solvendo sumtus carceris, vel ad minimum de iis præstandis cavere debet judici. (2) *Magistratus vel Judex*; Nempe, quando Actor opibus instructus non est, ut necessaria alimenta incarcerato: nec debitos sumtus alios subministrare queat, tum demum Magistratus ex publico istos desumere tenetur. Ratio est, quoniam officio Magistratus incumbit, operam dare, ut in sua civitate, jurisdictione aut districtu hominibus cautum sit de securitate: proinde si reperiatur quispiam, qui suis comminationibus alteri periculum creare velit, is ne ipsi eas in effectum deducat, & reapse alteri noceat, autoritate judicis usque ad præstitam sufficientem cautionem custodiendus est: & quia ibi detinetur captivus, nec liberam habet facultatem laboribus suis tantum promerendi, unde vivere possit, ideò necessitas postulat, ut quod deest ipsi & actori, à judice suppleatur. Cæterum quando *Mandata de non-offendendo* decerni & dari soleant, pulchrè exposuit Prückman. *Vol. 2. Cons. 10 f. 303.* Interim legi merentur, quæ Julius Clar. *lib. 5. sent. 9. 47 fol. 661. de Cautione de non-offendendo tradit.* Quod si verò promittens contraveniat præstitæ cautioni, quid tum sit faciendum, vide Blumblach, *ad h. artic. pag. 398. & 399.*

ARTIC. CLXXVII.

Pœna eorum, qui ope, consilio maleficos juvère.

Von Straff der Förderung/Hülff und Beystand
der Missethäter.

S jemand einem Missethäter zu Übung einer Missethat wissenschaftlich und gefährlicher Weis/ einigerley Hülff/ Beystand/ oder Förderung wie das alles Namen hat/thut/ ist peinlich zu straffen/ als vorstehet/ aber in einem Fall anders/ dann in dem andern. Darumb sollen in diesen Fällen die Urtheiler mit Berichtigung der Verhandlung/ auch wie solches an Leib/ oder Leben sol gestrafft werden/ als obstehet/ Raths pflegen.

Nann 3

AD